

Puniri tamen non nisi *arbitrariè* potest, id est, juxta facti & personarum qualitatem. Et hoc ostenditur *ex l. 4. §. 1. ff. ad L. Cornel. de Sicar. §. 1. 8. C. ad L. Juliam de Adulter.*

Deinde nulla in jure constituta est certa pœna pro homicidio culposo; Jam verò aliquoties dictum est, tum demum pœnam arbitrariam invenire locum, quando vel Legibus, vel statuto, aut etiam consuetudine nulla certa pœna est expressa. Jason. *ad l. 4. num. 17. ff. de Jurisd. Andr. Tiraqv. de pœnis temperand. caus. 31. n. 34.* Schult. *ad Modestin. Pistor. part. 3. quest. 104. num. 9. p. 12.* Carpz. *part. 1. q. 27. n. 24. 25. 26. §. seqq. fol. 144. §. 145. Pr. Criminal.*

IV. Imperator *reddit rationem*, quare istæ exempla adducere voluerit, scilicet, ut aliquis in prædictis & aliis nondum expressis casibus dignoscere queat, quidnam propriè dicatur homicidium non dolosum, & quatenus illud sit vel casuale vel culposum? & qua ratione, aut etiam quousque illud excusari possit vel debeat? Deinde ut vulgus hominum exinde quodammodo percipiat differentiam homicidiorum, & intelligat, quodnam homicidium sit casuale, & omnimodam à pœna mereatur excusationem: quodnam, verò sit culposum, & ob culpam punibile. Præterea, ne in posterum in ejusmodi occurrentibus casibus diversimodè judicetur, admonitio addita est de requirendo Prudentum consilio, qui subtiles talium casuum differentias exactè ponderabunt, & quomodo ratione pœnæ sit procedendum, consideratis facti circumstantiis, tandem definiunt.

ARTIC. CXLVII.

Vulneratus si moriatur: & utrum vulnus morti causam dederit, nec ne, questio exsurgat.

So einer geschlagen wird / und stirbt / und man zweiffelt / ob er an der Wunden gestorben sey.

So einer geschlagen wird / und über etliche Zeit darnach stirbt / also daß zweiffelich wäre / ob er der geklagten Streich halben gestorben wäre / oder nicht / in solchen Fällen mögen beyde Theil (wie von Weisung gesetzt ist) Kundschaft zur Sachen dienstlich stellen / und